

propensione indicentur ; Imò ab ipsis ingestis statim post
pastum, in ipsa invasione suadeantur. Quid enim si post pa-
stum statim quis corripiatur pestis horrore, aut aliis hu-
jus morbi prodromis, videtur hîc propinari posse, quàm
emeticum, cujus beneficio non solum è ventriculò inutilis
nunc esca rejicitur, sed simul præcordia ab attractò venenò
liberantur, si non in totum, tamen in tantum. Purgan-
tium verò, quà talium, usus hic erit nullus.

§. XXXIII. Nam nulla datur hic mora ; sed omni
studiò allaborandum eò, ut medicamenta causæ morbi-
ficæ quàm citissimè opponantur. Hæc autem cum du-
plicis sit generis, neque unius generis medicamentà ad-
mittit. Potiora tamen sunt *sudorifera*, eaque vel *acida*,
vel *alcalia volatilia*, non tamen exclusis fixis Δ reis mine-
ralibus, & absorbentibus terrestribus. Prioris generis
sunt *aceta bezoardica, tberiacalia*, quæ temperant acrimo-
niam & ferociam \ominus volatilis pestilentis, simulque inci-
dunt crassos & viscidos humores & sanguinè tonum resti-
tuunt. Reliqua sunt *volatilia*, \ominus \ominus C. C., *viperar., eboris, flo-
res Δ simpl. & cum myrrhâ, \ominus diaphoret., bezoardica omnis
generis, cinnabarina, \ominus diaphoreticus. Bolus armena, terra
lemnia, unicornu fossile, & alexipharmaca in specie sic dicta.
RADICES: angelic., carlin., contrabieru., dictamn. nostr.
alb., imperator., olsnitii, scorzoner. Zedoaria. HERBÆ:
galega, scordium, card. bened. flor. calendul. & id genus alia,
ex quibus prostant variè præparata & composita. Tincture
bezoardica variarum inventionum, Elixir pestilent. Crollii,
Mistura simpl. Tberiac., Mitbridatium, diascord. Fracastor.,
Orvietanum, Electuar. d. ovò. Hæc vero omnia partim balsa-
micâ, partim resolvente suâ virtute & præcipitante, acria
 \ominus lia obvolvunt, tollunt, & naturam juvant, ut contra,
in-*